

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

rat. Qualis appetet in leucophlegmaticis, hydropicis & oedemate. Sed de his satis, Vrania, vel fortasse plura, ob rei indignitatem, quam opus fuerat. His itaq; in praesentiarum omisis, te ad alia transfire & moneo & hortor.

Dialogus nonus, de coaptatione stellarum variarum, cum partibus humani corporis variis.

V R A N I A.

**M**hi sane iucunda sunt, & grata admodum colloquia tua, Aesculapi. Dispeream si ullum te respondentem mihi unquam obrepserit tedium. Dies integra, vix horula visa est. Itaque per charissimos tuos liberos Machaonem & Podalirium peto & obsecro, ut in reliquis eadem dexteritate pergas. Nam habeo quæ serio deinceps tibi proponam. Phœbus ille naturæ modifier radio, terram il. incomparabilis (ad cuius egregium spectaculum Socratem ab exortu ad occasum usque se penumero dirigi se ferunt) dum cum Cynthia sorore, radio & motu universum terrarum orbem quantus est, è summo cœlo quotidie perlustrat, mortaleisque omnes illustrat, ac

Duo ecclorum  
lumina motu &  
radio, terram il.  
lustrant & exci-  
tant.

res terræ vniuersas, ad proprias actiones excitat, quid in humano corpore mihi apposite depinget, ac representabit? AE S C V L. Duo corporum lumina seu oculi motibus & ratione illius corpus illustrant & excitant. Diuorum oculorum imaginem, Vrania: quos è capite (quorum gratia conditum putarunt nonnulli) quasi de cœlo quodam altissimo, corpus vniuersum, sicuti Sol mundum, radiis & motibus quotidie circumlustrare, & prospectare, ex eoque aspectu, ceu lucerna quodam accensa, membra singula, saltem exter- na, ut sint in officio, & actiones suas obeant extimulare, ecquis (nisi fortasse lippus) non videt, non suspicit, non admiratur? Quod pri- scos rerum cœli & nature philosophos voluisse, quis negerit dum diuorum oculorum, dextrum Soli, sinistrum vero Lunæ (qua Aristoteli parvulus quidam est Sol) non dicam inauthorarunt, sed plane simillimum fecerūt. In quo si dubitas, audire graue non erit, quid ea in rem post Platone, meus scripsit Galenius ubiq; magnus. Ostendam (ait) oculum in corpore animalis organum lucidissimum, & Soli quam simillimum. V R A N. Non video quid sperare possum in hac arena adversum te, Aesculapi, nam tot contra me iacula, ut antea dixi, retorques, quot ego in te contorquere possum. Intendam arcum nihili

F ij

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

Partes cœlorū *luminis*, ac nouo hoc telo te lacesſam. Cœleſtē ſtella, ſeu ſtelles globuli omnes, aut, ſi vis, ſtelle tam mālæ, orbicularem figuram præ ſe iores quam minores, ſphericam & orbicula-ferunt.

rem figuram præ ſe ferunt: vel faciente fidem oculorum ſenſu. AE S C. Sic corporis partes

Partes humano omnes, *Vrania*, tam interne, quam externæ, rūm corporum maiores perinde atque minores, orbicularem orbiſcularem fi- guram præ ſe figuram proſuſus emulantur, ac quodammodo runt.

repreſentant. Quod ſi negas, proferam in ſpe- Et aculunc intestina, viſcera, renes, teſticulos, caput, oculos, brachia, digitos, tibias, venas, arterias, neroſos, in ſumma totum corporis trū- cum. Quæfigura, à ſapienſiſimo conditore, uti meus ſcripsit Galenus, in hoc illis compa- rata fuit, quod agre patiatur, & nullum of- feſionis expositum angulum pretendat, vel foras proiicit. V R A N. Porius moueri ceſ- ſabit meum cœlum, quam vincam: instare

Præcipue cœlo tamen non definam. Age? certum eſt quod rum partes ſeu ſtelle ſunt qua- tuor: qua- ſtelle quatuor, Sol, Luna, Iupiter & Venus, in cœlo principatum obtinent: valēntque pre- turam mirabilis.

cæteris beneficio ſpiritu, natura, ac viribus: nec ſibi tamū, ſed alius etiam abunde proſunt, rerūmque uiueritatem de omnibus tuentur maxime, ac temperant. His, quid ſimile gerit humanum corpus, pro quo mecum in hāc de- ſcendiſti arenam? AE S C V L. Partes corpo-

ris principes quatuor, Vrania: nimirum, cor, Præcipue corpo  
cerebrum, iecur, & testes: quas dictis planetis rum partes sunt  
quatuor ritè addixerunt antiqui. Nam & na quatuor: quatuor  
tura, & spiritu, cœn radio quodam præpoten- lis.  
te, necnon vegeta actione, admodum valent.

Nec seipſis duntaxat gubernandis dant ope-  
rā, aut ſibi ſolis vnicē proſunt, ſed alios quo-  
que de ſe ſpiritus, tāquam iugū de fonte, ad cor  
pus ſuſtinendum, agendum, temperādum, &  
Vegetandum affatim effundunt, & quaqua-  
uersum tranſfundunt: rerūque corporis vni-  
uersitatem de omnibus tuentur maxime ac tem-  
perāt. Nam cor vitale continet, ex elaborata  
aeris inspiratione, & ſanguinis ſuauissimo ha-  
litu, quibusdam genitum. Is, per arterias, ut  
radius quidam, ad partes corporis vniuersas  
defertur, ac in ſiti caloris cauſa exiſtit. Cere-  
brum animalem diſpergit: illūmque per ner-  
uos, cœn perfiſtulas quasdam, radiorum modo,  
in totum corpus ad ſenſum & motum iacu-  
latur. Hepar, naturalem ſuſtinet, ex quo per  
venas omnibus corporis partibus alimonia  
præbetur: aut, ſi manuſ, nutritiē viſ quædam  
emanat: ſi ramen aliquē eſſe ſpiritu naturale  
mihi coocedis. Testes, in vniuersum corp° vim  
planè masculam, & occulta natura, abditō-  
que ſpiraculo, energeiam ad generandum in-

F iiiij

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

explicabilem, necnon robur tori corpori sufficiunt. Quod vel de experientia constat. Nam qui imbecillos, impeditos, depravatos, vel resectos habent illos, in muliebrem prorsus naturam, vultu, voce & opere degenerant. Nec temere, nam virilitatis testes esse perhibentur, ex quo nomen habet. V R A N. Valeant philosophorum scholæ omnes. Ego certè hodie te doctore Aesculapi, plus sum adepta eruditionis, quam illa Academia vel toto triennio, disputando & ratiocinando

Partes cœlorū infudisset. Sed rursum agem: Venus facultates, seu stellæ varia sunt naturæ ac & ex his, ut ita dicam, actiones vna cum temperaturæ motu, radio, & spiritu, longè diuersas quam

Saturnus asequitur: & Iupiter, quam Mars: & Luna, quam Sol: & ita deinceps in reli-

Partes humano quis. AE S C V L. Ad hunc fere modum, rum corporum Vrania, os quam nerius, & nerius quam caræ & tempera- ro, caput quam pes, thorax quam brachia, turæ.

cor quam ventriculus, in summa pars quæq; similaris, organica & instrumentaria, spiritus, facultates, & actiones ab alia distinctas, humidumque primigenium, ac innati caloris substantiam longè diuersam adipiscitur, sustinet, ac recipit. Quod tametsi verissimum est, tibi nihilominus, multisque aliis absurdum fortasse videbitur: propterea quod incor-

rupta corruptis, diuina humanis, & materia-  
lia, extra omnem materiam positis compono.  
In quo si quid peccatur, & peccatum est, aut  
deinceps peccabitur, tam mihi à te, & can-  
dide, & facile condonatum puto, quam ego  
in re, & argumento simili Ultrò tibi condo-  
nare libentissimè vellem. Quod vnum sèpius  
repeto, Vrania, quia intelligo extra reprehen-  
sionem non esse. VRANIA. Bono animo esto,  
Aesculapi, nec in docendo, ac demonstrando  
(obsecro) fatigeris. Non es nescius, nihil esse  
ex omni parte perfectum ac probatum. Si v-  
niuersis cœlis res corporis tam eruditè conci-  
lias, potes & me & animos omnes tibi facile  
conciliare: quod tamen paucis datum esse in-  
telligo, & maximè his quos & equis amauit  
Iupiter auus ille tuus omnium Optim. Max.

Ceterum, ne à cœpta via deflectā, non igno-  
ras, Aesculapi, planetas omnes cū stellis, tam  
inde ex quo primum apparuerunt, sic fuisse  
compositos, ut ab officio nunquam cessent: sic in id incumbunt  
erga mortalium res affectos, vt pro illis &  
rebus eorum viam ire, redireque nunquam re-  
cusent: sic inferiori mundo, aurigante motu,  
& radio, vna cum occulto spiritu, obsequen-  
tes, vt vinificos suos & diuinos ignes, inoffer-  
so tenore, quasi data in perpetuum obsequium

particulæ cœlo  
rum stellarum om-  
nes cum suis ra-  
diis & spiritibus  
in id incumbunt  
vt rerum terræ  
vniuersitatē tu-  
cantur ac susti-  
neant.

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

fide, ei nunquam detrectent. AE S C V. Hoc quidquid est, Vrania, quis nescit ad humani corporis οὐλομελαρψ (vt Venerandus meus Hippocrates loquitur) aut, si placet, ad totā corporis compaginem aptissimè detorqueri.

particulae humanae posse? Cuius partes omnes cum vniuersis functionibus corporum cultatibus, à prima constitutione ita digestae omnes, spiritus itē & facultates & coagmentatae videntur, eaque harmonia in id incubunt, composite, vt omnibus omnium horarum auctoritatibus corporis vniuersitate universitatem, aurigantibus spiritibus, qui cum insitae eantur ac sustentantur, calore illarum habendas mouent, ab officio & propriis actionibus (nisi fortasse per morbos, vel aliter prepeditae fuerint) cessent nunquam: sic inuicem obsequentes, vt toti corpori suis operas inoffenso tenore detrectent nunquam: sic mutuò famulantes, vt ad tutam humani corporis vniuersitatem ad extrellum usque humanæ comœdie actum fatigentur nunquam: quasi iurata illi in perpetuum obsequium fide. In quo quis Dei & naturæ summam artem non admiretur? Quis eiusdem eximiā erga humanum genus bonitatem, pietatem & prouidentiam non exosculetur, nō amet, non veneretur? V R A N.

Nunc demum verissimum illud esse experior Aesculapi, quod vulgo dici solet: admiratio ex ignorantia est. Ignorantia hactenus humani

corporis maiestatē & dignitatem: unde mirabār, quidnam esset homo, & unde super reliquas animantes tantopere superbiret. Nūc te loquente, & doctior, & certior facta, mirari desino. Sed quid hoc, quod cœlorum lucide partes omnes (stellas si placet nuncupas) ut hæc inferiora tueantur, ac temperent, duobus maximè indigent, motu nimirum, & omnia esse nō possunt. pulsante spiritu, queis perpetuum præbet comitatum radius? AE S C V L. Quid hoc, partes humano Vrania, quod humani corporis & partes, & rū corporū abs- particula omnes, motu, ac spiritu pulsantur, q; motu aliquo tium arteriarum, spirituosarumq; venarum possunt. præsidio opus maximè habent, ut & se temperent, & totum corporis theatrum tueantur atque in harmonia contineant? quibus individuus adest comes insitus calor cum spiritu, motus authore. Taceo hic perpetuum fluorem, & motum continuum triplicis substantie, solidæ, carnosæ, & spirituose. Adhæc corporis habitum, assiduo fluxus & transpirationi opportunum: quemadmodum alumni mei, Hippocrates & Galenus egregie (ut omnia) posteritatem condocuerunt. V R A N. Prætereundum non est, Aesculapi, quod partibus illis Zodiaci, quas signa appellant, qualitates diverse insunt: à quibus rerum generanda-

partes ecclorū  
stellatae absque  
motu & spiritu  
esse nō possunt.

partes humano  
rū corporū abs-  
particula omnes,  
q; motu aliquo  
& spiritu esse nō  
possunt.

partes Zodiaci  
variarum sunt  
qualitatum.

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

rum & corrumpendarum status omnis defluit. AE S C V . Nec itidem prætereundum, Partes humani corporis diuer- Vrania, quod partibus humani corporis tem- sicut humido & sicco, & qualitates diversæ in- sitatum.

peramenta varia, & qualitates diuersæ in- sunt: à quibus rerum in illo generandarum & corrumpendarum status omnis defluit. Nam sicuti humidum & siccum, frigidum & calidum, in eodem subiecto, ut loquuntur philosophi, absque aliquo medio esse non possunt: ita nec in cœlo, nec corpore. Quocirca, recte accommodatèq; signorum tui cœli, ut etiam membrorum corporis, alia frigida & humida esse, alias sicca & calida, frigida item & sicca, adhæc calida & humida ostenderunt prisci, & de obseruatione probauerunt poste-

ri. V R A N . Præclare quidem, Aesculapi, rum seu stella- sed in cœlo partes quædam sunt simplices, ut rum quædā sunt simplices, alias Sol, Luna, Venus, Mars, Iupiter, Saturnus, compositæ. &c. Quædam verò compositæ, ut Orion, Taurus, Bootes, Leo, Ursa, Virgo, Lupus, & huius picture imagines variae.

AE S C V L . Sic in humano corpore partes partium huma- quædam sunt simplices, siue similares, ut ner- ni corporis que- dum sunt simpli- ui, venæ, arteriæ, ossa, &c. Aliæ verò com- positæ, siue dissimilares, ut cor, iecur, cere- sitæ.

brum, lien, ventriculus, pulmo, &c. V R A . Tibi tam varie eruditio non est inauditum,

omnium cœlestium & sphærarum & stel-  
larum chorū sanéquam diuinum, rapide  
extimi orbis vertigini, vel de prima inuita-  
ti uncula illico obedire. Quæ res quid habet in  
humano corpore simile? AE S C Vnius ani-  
malis facultatis maiestatem, Vrania: cuius  
imperium, omne corporis theatrum, cum tota  
rerum illius multitudine sanéquam admira-  
bili, actutum (nisi fortasse aliunde præpedia-  
tur) capessere: sequē ad illius motum vel lenis-  
simum, perinde atq; ad clasicī vocem extem-  
plo componere, & de prima inuitati uncula  
sequi, non est, nisi à Phidōphos, qui ignoret.  
VR A. Pœnitet, imò vero pudet, quod tam  
temerè in disputatione hodie tecum descendē-  
rim. Quod certè ardentiſimo discendi studio,  
non vincendi animo, factū putabis. Itaq;, vt  
reliqua ex te intelligam, propono fixarum  
stellarum, quæ innumera sunt, adhac erran-  
tium ordines, magnitudinem, radios, situm,  
& qualitates quæ adamusim per omnia, si-  
bi inuicem nequaquam respondent. Ex quo  
fit, vt in hac inferiora, eadem & ubique si-  
milia semper non operentur, nec immittant.  
AE S C. Sic humani corporis partes tam si-  
miles, quam organicae, que ut numerosi si-  
me sunt, ita fixarum stellarum, & item pla-

partes cœlorū  
omnes stellatæ  
vnius parēt im-  
perio & motui.

partes corporū  
oēs parent vani  
imperio ac mo-  
tui.

partes cœlorū  
seu stellatæ per o-  
mnia sibi nō re-  
spondent, nec si-  
milia similiter  
agunt.

Partes humano  
rū corporū per  
omnia sibi non  
respondent, nec  
similia similiter  
agunt.

HARM. HVM. CORP. ET COELI.

netarum chorum insignem non inepte figura-  
bunt, ordine, magnitudine, situ, qualitatibus,  
numero, figura & connexione, inter se  
variant, ac differunt functionesque diuersas,  
ut sunt diuersae, sed sua tamen cuique parti  
congeneres sustinent: nec eadem per omnia a-  
gitant, tametsi vni eidemque corpori, perinde  
atque vni coelo fixe & tuæ stellæ, inesse prospic-  
ciantur. V R A N. Vtinam deus aliquis me  
in Platonem conuerteret, Aesculapi, vel po-  
tius Platonis scientiam & acumen mihi ho-  
die instillaret: diceres profectò rem tibi cum

In partes terræ foemina non esse. Ut vt se res habet, ex Pto-  
Solis vicinia, &  
remotio diuer-  
simodè agit.

Mars calidus est: quia Soli, qui caloris est

In partes corpo-  
ris, cordis vici-  
nia & remotio  
diuersimodè a-  
git.

fons, propinquat: & Luna frigida, quia ab

codem distat. AE S C. Sic hepar Martis ad-  
dictum, Vrania, calidum est, quia à corde ca-  
loris promptuario non admodum distat: &  
cerebrum Lunæ mancipatum, frigidum, quia  
ab codem multus abest. Quanquam scio apud

meos medicos veriores & probabiliores rerum  
partium seu stel-  
larum tam sim-  
pliciū q̄ cōponi-  
tarū, qualitates  
sunt diuersæ.

istarū causas esse. V R A N. Hie mihi quid-

uis potius spheradum, quam ut vincam. Age?  
Saturno calidior est Mars: & vici sim Mar-

te Saturnus ficcior. Adhac, Luna Venere hu-

midior, & Venus Lunæ frigidior. Atque ita

de inerrantibus stellis, planetarum qualitates,  
 & naturam resipientibus. Nam Hyades hu-  
 midiores sunt, quam Sirius: & Sirius siccior  
 ac calidior, quam Orion. Insuper Arcturus  
 Bootis calidior, quam tota Scorpij stellatio:  
 & ita de reliquis. AE S C. In hunc ferè mo- partium corpo-  
 dum, Vrania, particula humanum domici- ris tam simpli-  
 lium compingentes, qualitatibus & tempe- cium, q̄ compo-  
 ramento separatum variant. Nam esse siccior sitarū, qualita-  
 tes sunt diuersæ.  
 & frigidior est pilus: & post hunc charti-  
 lago, & quem Graci, ut est in meo Galeno,  
 Χονδρούρδεο μου, hoc est, cartilagineum  
 nexus nūcupant: præterea caro, cute est hu-  
 midior ac calidior: & spinalis medulla v-  
 traque humidior ac frigidior: rursum, cere-  
 brum & hac illa est multò humidius: &  
 cerebro adeps, cui concretio contingit. Caro,  
 sanguis, & spiritus, temperamento calido &  
 humido prædicta sunt: sed ita ut spiritus cali-  
 dissimus sit, deinde sanguis, postremo caro.  
 Quod ad instrumentiarum partium, dissi-  
 milariumue, aut compositarum (qua, ut di-  
 xi, octauæ sphære imagines quodammodo fi-  
 gurant) aptare si videbitur, viam paucis a-  
 perio. Cor omnium partium humanarum ca-  
 lidissimum est, maximè sanguineum, & pro-  
 inde humidum: proximum illi est iecur: se-

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

quitur pulmo, qui calidus est, humidus, & pumosus. Cum liene, renes calidi sunt & humi-  
midi: atque ita deinceps de reliquis. V R A.  
Tam exquisitam philosophiam, & rerum corporis usque adeo eruditam expositionem,  
hactenus a nemine audiueram, Aesculapi:  
sed iuuat te alio vocare. Non es ignarus, yna-

partes terræ à quamque rerum terræ particulam, quæ vel nu-  
tribusque in cœlo triri, vel aliquid in lucem proferre nata est,  
lo sunt, vegetan- tribus quæ in cœlo sunt, & illinc manant,  
tur, fouentur, ac sustinentur. maxime (ut antea admonui) indigere: nimi-  
ru lumine, motu, & salutari hinc aura qua-  
quauersum illabête: aut, si me Peripateticè lo-  
qui mauis, aethereo tempore, & spiritu, omnia  
deorsum occulte perflante, alente, ac vegetan-  
te. AE S C. Sic ignara non es, Vrania, quā-

Partes corporū libet corporis humani particulam, quæ suas  
à tribus quæ in actiones in lucem est editura, vel nutritionis  
corpo re sunt, ve gerantur, fouen commoda perceptura, trium spirituum qui in-  
tur, ac sustinen- corpore sunt, influente vi, motu, & vibra-  
tione, ceu lucente quodā radio, maximè opus  
habere: hoc est (sicuti paulo antè admonui)

humido suo, insito calore, & comitante illum  
spiritu. V R A N. O tērque, quaterque beatum,  
non dicam Hippocratem, qui suum in  
te genus agnoscit, Aesculapi, sed & medico-  
rum ordines omnes, qui te authorem, illustra-

torem ac patronum reverentur. Ceterū, tu Sol & planetæ,  
 mihi, ut opinor, non inficiaberis Solem cum cœli signis vtrun  
 aliis planetis (à quibus inferiora omnia mo- tur.  
 uentur) ipsis cœli Signis, Ariete, inquam,  
 Tauro, Geminis, &c. ad res terræ modifcan-  
 das vi: corundemq; ministerio, ac opera gau-  
 dere. AE S C V L. Proinde neque tu etiam, Cor & viscera,  
 opinor, Vrania, negabis, cor in humano cor corporis parti-  
 pore cum aliis visceribus, uti venis, arterius,  
 culis vtruntur.  
 neruis, fibris, pellicula, & propria carne: eo-  
 rundemque omnium ministeria ac operas ad  
 res corporis modificandas exigere. V R A N.  
 Mirus es sanè Aesculapi, & supra omnes  
 deos quos ego vñquam loquentes audiui, in  
 respondendo promptus, & ad excogitandum  
 ingeniosus: proinde patieris pro tuo candore,  
 me rursus hæc paucis proponere. Certum est, De cōmixtione  
 de planetæ cuiusque effectionum mixtura, ut effectionū pla-  
 netarū, res ter-  
 Louis, Saturni, Martis, Mercurij, Veneris, Lu rā statum suum  
 næ, atque adeo vnius Solis cuncta moderan- sortiuntur.  
 tis (à quo perinde atque à femite omnia vi-  
 gent) vniuersa quæ sub cœlo sunt, statum  
 suum perbellè sortiri. AE S C. Sic etiam cer-  
 tum est, Vrania, de cōmixtione effectionum De cōmixtione  
 ipsorum viscerum, ut iecinoris, lienis, ventri- effectionum vi-  
 sculi, pulmonis, cerebri, testium, atque adeo scerum, res cor-  
 vnius cordis, cuncta ut princeps moderan- poris statum su-  
 um sortiuntur.

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

res, res corporis quasque statum suum per bell'e  
sortiri. V R A N. Hoc certe verissimum es-  
se nunc demum in te experior quod vulgo di-  
ci solet, Aesculapi , patrem sequitur sua pro-  
les. Apollo rerum medicarum est parens, Aes-  
culapius illarum doct̄or, & interpres sanct̄o-

Aetherei ignes quam diligens. Sed dic interim? aetherei ignes,  
elementis v̄tūn elementis, perinde ut quibusdam suis instru-

mentis, suāque materia, v̄tuntur: è quibus  
tuus mundanus & mortalis homo constat:  
& per quæ, & intra quæ vitam quoque du-

Humanæ men- cit. A E S C V L. In hunc ferè modum, Vra-  
tes spiritibus v-  
tuntur.

nia, humani corporis humana mens, aut, si  
maius, humanus animus, spiritibus sensibus  
que v̄titur, perinde ut suis quibusdam instru-  
mentis, quibus (vix ansim dicere) constat, &

Partibus celi per quæ viget. V R A N. Agedum, Aescu-  
tameti diversis lapi? incomprehensibilis illa quinque plane-  
mira inest sym-  
phonia ad rerū tarum societas, tameti diversa habeatur, sub  
mundi custodiā duobus tamen principibus, Sole, inquam, &

Luna, cum innumeris fixarum stellarum ordi-  
nibus, ad rerum inferiorum propagationem,  
custodiā, & generationem, motibus, lumi-  
nibusque, & radiorum projectione, sub va-  
ria magnitudine, figura, & situ (ut s̄apen-  
mero dictū est) symphoniam de multis quasi  
vnā quotidie concinit & modulatur: Que

*res quid reperiet in humano corpore simile?*

*Æ S C V L. Inenarrabilem partium omnium corporis tam internarum, quam exter-  
narum (etiam si diuersæ sint) societatem, sym-  
metriam, & consensum, ad tutandam & cu-  
stodiendam ipsius microcosmi vniuersitatem  
summopere utilem. Nam siue magnitudinem  
illarum species, siue numerum, adhac figura-  
rum, situm, connexionem, motum, aut actionem  
quamlibet, eō omnes tendere deprehen-  
des, ut totius corporis economiam, & statum  
tutissime, & quoad eius fieri potest, diligen-  
tissime custodiant: in eiusque auxilium pror-  
sus confidirent, ac symphoniam de multis,  
quasi vnam quotidie concinuant, ac modulen-  
tur. In quo, Vrania, quis Dei & naturæ illi  
ancillanti, summam erga humanum genus  
bonitatem, iterum, imò verò centies, & mil-  
lies supra millies, non suspiciat, non venera-  
tur, non amet? V R A N. O magnū & mul-  
tis modis admirabilem deum, qui in abditissima  
rerum naturæ mysteria tam altissimè  
penetravit! Quid tu, ac si viceris, subrides?  
Non est (mihi crede) res admodum operosa,  
habetum deum, simplicem puellam & vir-  
ginem superare. Quanquam tibi nondum est  
vistoria parta. Age? errantes stellas, adhac*

*G y*

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

In duabus ma. *incrantes tam magnas quam parvas à Sole*  
ioribus cœlestib<sup>is</sup> & Luna digredientes, in contemplationem  
lis rerum terræ tibi obiicio. A quibus viuificum lumen, &  
modificatio & vita maximè cō gratissimum alimentum rebus omnibus in-  
tinetur.

*inferioribus, per unum aërem, radio & motu*  
*infundi ac refundi dum obseruas, dum ani-*  
*maduertis, quid, obsecro, de rebus corporis ob*

In duabus maio oculos tibi habere videris? AE S C. Minutu-  
ribus venis rerū corporis modifi-  
cas & capillares maiuscūlāsque corporis ve-  
catio & vita ma-  
nas non paucas, Vrania, à duabus quæ maio-  
xime cōtinetur.

*res dicuntur, cana scilicet, & porta, tanquam*  
*ex aureis duobus fluminibus singulis corporis*  
*partibus suum apparatum nutrimentum, du-*  
*ce motu & spiritu, cœu quodam vehiculo in-*  
*fundētes, refundētes, ac suffundentes. VR A.*

*Quò magis procedunt colloquia nostra Ae-*  
*sculapi, eo admirabilior mihi semper videris.*

Partiū cœli seu Cœterū, quoties per amica silentia noctis,  
stellarum sum-  
ma est varietas cœlum intueris partibus ac stellis tam variis,  
& diuersitas. & multiplicibus concinnatum & conser-  
sum, magnis, inquam, paruis, albis, fuscis, ru-  
tilis, obscuris & aliis, quid tale in humano  
corpo obseruas, aut animo cōcips? AE S C.

Partium huma- Ipsummet humanum corpus totum, Vrania,  
ni corporis sum venis, arteriis, nervis, visceribus, intestinis, fi-  
ma est varietas bris, musculis, tendonibus, osibus, ligamentis,  
& diuersitas. membranis, adipi, carne & cute, particulis

inter se variis, diuersis, ac discoloribus, con-  
cinnatum & contextum: albis, fuscis, flavis,  
linidis, rubellis, magnis & paruis. V R A N.  
Non absurdē sane, nisi quod (venia tamē &  
petita, & impetrata) rebus meis sacris, tua  
prophana identidem misces ac componis. Sed  
quid hoc, Aesculapi, quod prolificus, & so-  
cialis Veneris radius, in malefici & sanguini-  
nei Martis naturam transire prorsus non po-  
test? nec item salutare Iouis spiraculum, in  
perniciosem & exitialem Saturni rigidita-  
tem? AE S C. Quid hoc, Vrania, quod nec os  
in nerui substantiam: nec nervis, in carnis, Partes corpo-  
vel adipis naturam: nec hepar, in cerebri sub- propriam suam  
stantiam: nec pulmo in lienis materia transi- naturā prorsus  
re potest? V R A N. Mirum est quod tot cœ- non exuant.  
lorum particulae ubique variae & multipli- partiū cœli stel-  
ces: aut, si vis, stellarum tam errantium quam latarum nume-  
inerrantium, nobilium quam ignobilium, sa- rosa multitudo  
nequam numerosa multitudo, certo concentu miro concentu  
inuicem conuenit, inuicem sibi subseruit, in- inuicem conue-  
nient & se, & res mundi omnes temperat nit ac se mutud  
ac iuuat, quemadmodum ego paucis hic de- temperat.  
monstrarem, nisi actum agere formidarem.  
Huic rei quid simile dabis? AE S C. Varias  
ac multiplices corporis partes tam nobiles,  
quam ignobiles. Nam miro concentu inuicem

G ij

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

partium corporis nūerosa multitudo mīro cōcentu inuicem conuenit ac se mutuō tēperat. conueniunt, inuicem sibi subseruiunt, seq; mutuō temperant, atque iuuant. Quod familiāriter sic tibi ostendo. Hepati alimēta & chylum preparat ventriculus atque elaborat: viciſſim ventriculo, alijsque partibus sanguinem hepar, & cum calore, ſpiritum. Pulmo aērem cordi attrahit, cōficit, excoquit & emendat: cor, attenuatum ſanguinem & ſpirituosum, alendo pulmoni ſanctuam idoneum illi condit, ac ſufficit: & ita deinceps. Quid, quōd oculi manibus praelucētes, eis viā commonſtrant? quid, quōd manus oculos tuētur, & ab externis iniuriis defendunt? Quis non videt os cum tota ſua acie eburnea, ventriculum, hepar, & ut paucis dicam, partes omnes corporis, alimenta in primo vestibulo confiocio, mutua neceſſitudine iuuare, & rurſum, dū alitur, ab his iuuari? Tradūt itaq; Vicarias operas, ac ſe inuicem temperant, iuuantque, corporis perinde atque cœli, res omnes. V R A N. Mirabar ſi ſic euaderem. Sed In Zodiaco initium est & finis. ô me obliuiosam! Signiferum numeros & multitudinis circulum, ut tuus ſcripsit Trismegistus, hic pene præterieram, quod tamen non oportet. Hunc, Ariete & Piscibꝫ, tanquam initio & fine ſi tamen initium & finem circulo præscribis, terminari dum audis, quid de

humano corpore simile tibi proponis? AE S. In humano cor  
 Illud ipsum corpus totum, capite & pedibus, pote initium est  
 membris dictis signis mancipatis de prisco-  
 rum autoritate, circumscripsum & termi-  
 natum. V R A N. Sed ille idem signifer cir-  
 culus, Aesculapii, in quo Peripateticis via est partes Zodiaci  
 vita & interitus, ad hæc inferiora varie mi- variè sub diuer-  
 scenda, ac temperanda, triplici signorum te- s qualitatibus  
 trade constat, quatuor elementorum naturam distribuuntur.  
 & complicationem pra se ferente. Prima,  
 Ariete, Tauri, Geminis & Cäcro perficitur.  
 In qua, signum primum igneum est, alterum  
 terreum, tertium aërium, & quartum aquæ.  
 Reliquas tetradas simili prædictas tempera-  
 mento, ne sim molesta, omitto. Nā tibi rā sunt  
 note, quam amitæ tue Diana, sñi (quod di-  
 cunt) canes. Verum agè? quid isti rei conferes  
 de toto humano corpore? AE S C. Ipsum cor-  
 pus totum, Vrania, quod equidem constat tri-  
 plici partium tetrade, quatuor elementorum  
 naturam & complicationem ad res corporis partes huma-  
 varie miscendas & temperandas sustinente corp. variè sub  
 ac pra se ferente. Prima, est in prima & sum- diuersis tēpera-  
 ma corporis parte, nimirum in capite: quod  
 unum, quatuor in se continet, perinde atque  
 primus tuus signorum quaternio. V isum im- mentis distribu-  
 primis, qui planè igneus est: cui respondet  
 G iiiij

particulae ecclæ  
 ri tellatae, seu  
 delle geometriæ  
 cas figurae pe-  
 nis oœs humanæ  
 describunt.

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

Aries, verum cœli philosophis signum mere igneum. Præterea olfactum, qui terrea naturæ, ut cœlestis Taurus, quadanterus est particeps. Tertio loco, auditum, qui pure aëreus esse censetur, uti tua Geminorum stellatio. Postremo, gustatum, aquæ ut cunctæ naturæ, qualis est Cancer in cœlo. Sic Thorax, corporis reges altera, suā habet tētexdæ, perinde atque Zodiacus. In qua se cor imprimis offendit: quod alumnulis meis Hippocrati & Galeno, feruens semper est, qualis cœlestis Leonis natura. Secundo loco, οὐαφεγγυμα, ob robur & densitatem nonnihil terreum, quale est in cœlo Virginis astrum. Tertio arteriarum origo, quas aërias esse, vel de motu & pulsatione constat: cuiusmodi esse fertur in significe ro Libra. Ultima connumeratione pulmo occurrit, qui pituitosus est, molliculus, & aqueus, uti cœlestis Scorpio. Sequitur venter inferior, postremus corporis ternio, qui suā cum tuo Zodiaco tetraden hic etiam agnoscit. In hoc, iecur omnium primum occurrit calidum ob sanguinem, qualis est Sagittarius, tertie tētexdæ cœlestis signum primum. Secundo loco, se profert lien, terreus & feculentus, ut Capricornus. Tertio, ventriculus, aëreus, quia calidus humidus, cuius naturæ in cœlo

est *Aquarius*. Quarto & ultimo loco, intes-  
tina, humida affatim, ut solent esse *Pisces*.  
In quibus partibus quis nescit, *Vrania*, to-  
tius corporis, perinde atque celi Vim Vniuer-  
sam & harmoniam elucere? *V R A N*. Res  
cœli & corporis siue ab *Apolline*, siue à  
*Cheirone*, siue à *Mercurio*, aut quocumque alio  
didiceris, tam exacte tenes, quam deorum aut  
mortaliū illus. Ex quo fit, ut me attonitam  
reddas. Instabo tamen. Fare itaque, tot lucen- particulae cœlo  
tes stellarum globuli, nulla cogitatione, nedum rū stellatae, seu  
numero perceptibiles, dum permixtim confun stelle, geometri  
duntur, & varias figuræ, penè dixerim geo- cas figuræ pe-  
metricas omnes, de mutuo cōcursu, & radio- nè oēs sursum  
rum projectione multiplici quaqua uersum describunt: dum ex situ nunc recto, nunc obli quo, nunc propinquo, nunc remoto, modò dex-  
tro, modò sinistro, alias anteriori, quandoque posteriori varie miscetur & pulsantur: dum de aspectu opposito, hexagono, trigono, tetra-  
gono, aut aliter ad inferiora propriis faculta-  
tibus contemperanda sese salutant, & intu-  
entur: quidnam dabunt simile in corpore hu-  
mano? *AE S C*. *Venarum*, *arteriarum*, ner-  
uorum, tendonum & staminum, siue fibra-  
rum corpuscula, *Vrania*. Quæ per Vniuersum Particulae hūa-  
corpus, ac si radij quidam essent, hinc inde norum corpo-  
rum, geometri-

HARMO. HVM. CORP. ET COELT.

cas figuræ pe- trauci & dispergi dum vides: dum à summo  
nè oēs tam in- in imum, recto in obliquū, dextro in sinistrū,  
trorsum quam & contrā emitti obseruas: imò vero si fas est  
exitorsum varie describunt. dicere, quoties de Cheironāticorū, Pedomāti-  
corū & Metoposcoporū arte id ipsum animad-  
uertis: dum in viuentibus, & à perflante spi-  
ritu distensis manuum, pedum, frontis, bra-  
chiorum, corporisque totius fibris, venis &  
tendonibus (præsertim in gracili, senescente,  
vel emaciato corpore) id ipsum in spectacu-  
lū accersis: num geometricas figuræ penè om-  
nes ob oculos habere tibi videris? nū tu ibi de-  
prehendis lineas rectas, obliquas, curvas, per-  
pendiculares ac parallelas. Superficies, rectas  
& curvas. Angulos, rectos, acutos, obtusos,  
planos, solidos, rectilineos, curuilineos, & mi-  
xtos. Circulos, semicirculos, trilateras figuræ,  
quadrilateras & multilateras. Isoscelia &  
scalena. Triangulos, oxygonios, ambligonios,  
& rectangulos. Quadrata, rhombos, rhomboi-  
des, trapezia, pyramides, helicas, cylindros,  
ac figuræ alias? A quibus mirabilem harmo-  
niam rebus corporū conciliari, & de variis  
organis, atque similarium partium accentu,  
symphoniam de multis vnam (que vita di-  
citur) exprimi, non tam est quod dubitare de-  
beat mortales, quam summis votis expetere,

Ut spirante etiānum corpore aliquo, quidquid  
 id est, oculis (si quidem fieri posset) percipere,  
 imò vero manibus cōrectare aliquādo queāt.  
 Pape, q̄ hic stupenda architectatricis naturae  
 spectaret miracula! q̄ elaboratū domicilium!  
 quam operosam geometriam! Humanæ est ar-  
 tis, fateor, hominem exterius representare, fa-  
 bricare, sculpere, aut pingere: quod fecerunt  
 Apelles, Pheidias, Praxiteles, Lysippus, Zeu-  
 sis, & celebres alij pictores, statuary, & scul-  
 ptores quamplurimi. Sed interius, ad viuum  
 effingere, soli Deo & naturæ illi ancillanti  
 est concessum. Quod sane humana industria  
 attentare nunquam est ausa. Sed de his satis,  
 Vrania: itaq; dū voles alia propont. V R A.  
 Et verba & res, quo magis procedunt nostra  
 colloquia, mihi præripis, Aesculapi: adeo di-  
 ferte, adeo eruditè & ingeniose loqueris, ac re-  
 spondes. Sed ut aliud ex alio incidit, & ita  
 fieri iubes, proponam stellas erroris nescias, Partiū ecclī seu  
 que vel aquilonarem, vel australem imagi- stellarum radij,  
 nem quampliam constituunt. Elas quis nescit & tēperamenta  
 radio, viribus, & spiraculo inter se differre? spiritus, actiōes  
 Quod ve ostendam, quis ignorat, aut non vi- variè inter se  
 det nimbosum Oriona dum exoritur, vel oc- differunt.  
 cedit, aliter in hæc inferiora spirare, aliasque  
 in aëre commotiones ciere, quam qui ardentes

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

contristat. Sirius agros? Quis non obseruat  
Arcturi, vel Lyre stellas, alium iacularinum,  
aliasque vires & qualitates sustinere,  
quam quæ Pleiadum, Andromedæ, Vulturis,  
aut Cygni imaginem figurant & componunt?

Partium hum. AE S C. Quis nescit, Vrania, eum spiritum  
corp. spiritus actiones, & tēpe qui ossi inest, & cuius præsentia stat, absen-  
tia vero cadit, ab eo qui in nero latitat, non  
inter se differunt.

solum dissidere, sed actiones etiam alias peni-  
tus habere? Et hunc rursum ab eo differre qui  
moderator est carnis? & ita deinceps? Nam  
in reliquis corporis rebus, perinde atque cœli,  
eam differentiam & dissimilitudinem repe-  
rire facile erit. In qua re te exercere superse-  
deo, ut aliis suis sit locus, tantisper dum mi-  
hi licet, & tibi iucundum est. V R A. Per-  
spicuum est, quod in cœlo, & maxime in Zo-  
diaco, certæ sunt partes, in quibus certi plane-  
tae & certæ stellæ sua certo sibi elegerunt do-  
micia: in quibus potius quam alibi, quod  
cuique est innatum belle perficiunt ac opera-  
tur. Vnde Soli proprius locus, domus & ho-  
spitium est in Leone: Luna in Cancro: Satur-  
no, in Capricorno: Ioui, in Sagittario: Marti,  
in Ariete: Veneri, in TAURO: & Mercurio, in  
Virgine. AE S C. Sic perspicuum est, Vra-  
nia, quod in humano corpore certæ sunt par-

tes, in quibus certæ res corporis certa sibi ele-  
gerunt domicilia: ubi illæ potius quam alibi,  
quod cuique est innatum bellè perficiunt ac  
operantur. Hinc vitali spiritui proprius lo-  
cus est in corde: naturali in hepate: animali,  
in cerebro: chylosi; in ventriculo, sanguifica-  
tione in iecinore, delationi seri sanguinis, in  
venis emulgentibus, & eiusdem ad vesicam  
exportationi, in reteribus. Sic bili recipien-  
dæ proprius locus est in fellis vesicula: atrae  
bili secernendæ & adseruandæ, in splene seu  
liene: & ita deinceps. In quo hoc colloquium  
tibi clando, Vrania: non quod respondendo  
sim defessus: quin potius ut tu aliquanti per  
respires, & nouarum propositionum ratio-  
nes excogites.

Dialogus decimus, in quo Solis & Lu-  
næ cursus, cum vitæ humanæ curri-  
culo componitur.

### V R A N I A.

**M**IHI gratulor, tibi que gratias ago,  
Aesculapi, quod harmoniam cœle-  
stium corporum & humanorum,  
non dicam degustare, sed plane cognoscere,

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

nunc demum, te doctore & demonstratore,  
feliciter pergam. Placet valde quod tam fa-  
cilem te mihi exhibeas: patientia tua & can-  
dore parum deinceps abutar. Age itaque ne-  
minem esse puto in literatura coeli, ut loqui-  
tur Plinius, vel mediocriter versatum, qui

Solis & Lunæ non videat Solis in signifero circulo anniuer-  
per Zodiacum sariam peragrationem, & Lunæ itidem mē-  
progresio, qua struam, quatuor tum anni, tum mensis tem-  
tuor tempesta-pestates qualitatibus inter se plerunque dissi-  
differentes exci- dentes adferre. Ver imprimis, humidum &  
calidum, maximè si secundum naturam se

habuerit: qualis est prima Lunæ etas. Post-  
ea, a statem calidam & siccam: qualis est se-  
cunda Lunæ etas. Tertio, autumnum siccum  
& frigidum: qualis est tertia Lunæ etas. Po-  
stremo, hyemem frigidā & humidam, qualis  
esse solet ultima Lunæ etas. Cui rei, quidnam  
simile mihi proferas in tuo homine audiisi-

Vitæ humana: AE S C. Totius humanæ vitæ e-  
per hūc mundū ius curriculū tibi propono: quod unum etates  
progressio, qua tuor etates tem- quatuor, positas hasce tēpestates tuas numero  
peramēto diffe- & qualitatibus æquantes adferre, à meis me-  
rentes excitat. dicis, & priscis philosophis adnotatum est.

Pueritiam imprimis, quæ humida est, & ca-  
lida, quale Ver propriæ sumptum, & de Solis  
per tria prima signa Zodiaci peragratioe cir-

cunscriptum: primaque Lunæ etas, à suo cum Sole congressu, seu, à coniunctione, ad primum tēλεγύωνισμόν, aut, si maius, schema primum, vel quadraturam primam. Secundò, adolescentiam, seu (ut aliis placet) florentem etatem, ac iuuenilem, calidam & siccām, qualis est in anno solari etas: & in mense lunari intercapedo ea que est à primo illius quadrante, ad plenilunium: vel à Δικτύον μεριπών, ad plenilunium. Tertiò, etatem consistentem, & ad canos festinatorem, quæ siccā est, & frigida: qualis esse solet autumnus, & Lunæ tempestas ea, quæ est à plenilunio, ad ultimam quadraturam. Postremò decrepitam etatem, seu senectam, quæ frigida est, & humida, saltem excrementis: qualis est hyems secundum naturam se habens: & tempestas ea Lunæ, quæ est ab ultima eius figuraione cū Sole, ad proximum nouilunium. Que omnia, ut facilius accipias, Vrania, planius docere ac demonstrare aggredior: à pueritia ceu à fundementis primis & proximis, gradum faciens. Hanc veri appositissime respondere, cum calido testatur humidum, quibus simul abundat. Sed ita ut ab ipso humido in calidum, perinde atque à Vere in Aestatem, facilis fiat lapsus, & trāsi-

HARMO. HVM. CORP. ET COELI.

tus. Sequitur illam iuuentus, cui similis admodum est ætas. In utraque enim secundum naturam se habente, calor sic efferuescit, ut resiccato bona ex parte humido, subarescere iam incepent omnia, cum in corpore, tum in terra. His succedit virilis ætas, quæ & proiectior, primâque quodammodo senectus dici consuevit, Autumni faciem & typum præferens: cum scilicet siccitas ita increscit, ut exhalante maxima ex parte calido, ingruere iam occipiat ultimæ ac morbosæ senecturis hyems. Quæ calore destituta, & à frigido humescente occupata, in putrilaginem tota vergit: irruente, qua data porta, excrementorum omni agmine: quod obesse sicco, ultimæ frigori facit accessionem: qua ex re sequitur corruptio, & ex corruptione mors, rerumque omnium corporis internecio. V R A. Fœmineæ simplicitati tua facilis condonabit, Aesculapi, ut tuam patientiam rursus exerceam. Lunare corpus, aut, si vis, Lunæ facies, successionum vicissitudine per ætates mutatur: adeo, ut à nativitate (sic falcata illius apportionem primam appellabo) ad plenilunium usq; crescat, & vigorem habeat: iam inde, veluti tabescat, & in senium transeat. Cui rei in humano corpore quidnam simile

habes? AE S C V. Ipsum humanum corpus,  
 Vrania: nam ex quo in lucem prodiit, à nati-  
 uitate ad vigorem usque, successionum vi- Humanū corp⁹  
 ciſitudine quadam per etates mutatur, incre- per certas etatē-  
 scit, ac augetur. Subinde vero, sensim tabe- tes mutatur.  
 scit, & ad corruptionem paulatim tendit, do-  
 nec pro incrementi prioris proportione, dimi-  
 nuto calore, decrescendo vniuersim dissolu-  
 tur ac vanescat. Sed haec quia trita esse scio,  
 & tibi, Vrania, propriis tuis cœlis notio-  
 ra, verbum nō amplius addo. Interim si quid  
 habes reliqui, quod possis proponere, alacriter,  
 ut hactenus fecisti, expedi.

Dialogus vndecimus, de orbium cœ-  
 lestium coaptatione, cum corpo-  
 reis orbibus, & oculis.

### V R A N I A.

**D**II, deaque omnes me bene ament,  
 Aesculapi, si quid vñquam do-  
 cilius, ingeniosius, & excogitatum  
 accurati intellexi. Pauca mihi restat in meis  
 cœlis, quæ tibi deinceps proponam. Quibus, si  
 pro solita tua dexteritate responderis, victa  
 herbam porrigan: totaque in harmoniam hu-

H